

VERSUS 37.

Et dixit ei Jesus : Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est.

1. — Jansenius ait : « Videtur autem dedita opera dixisse : *Vidisti eum*, ut omnino in memoriam sue sanationis illum reducat et per eam magis ad credendum. Quod secundo dicit : *Qui loquitur tecum, ipse est*, ut provocet et confirmet. » *Vidisti eum* corporaliter, » inquit S. Thomas, « quia prius nullam videbas, quasi dicat : Ab ipso virtutem videndi accepisti. »

2. — *Et qui loquitur tecum, ipse est*, quia ut Hebr., 1, 2, dicitur : *Novissime locutus est nobis in Filio.*

3. — Abraham postquam inimicos, qui Loth captivum abduxerant, dissipasset, fratremque suum ex eorundem manibus emisisset, Deum sibi dicentem audivit : *Ego protector tuus sum et merces tua magna nimis.* Cum igitur cæcus iste Christum genitose defenderit, atque ad protegendum et liberandum Dei Filium difficilem lectam pugnamque contra universam synagogam heroico animo sustinuerit, merito remunerationis loco sibi a Christo dici audivit : *Vidisti eum et qui loquitur tecum, ipse est*, siquidem in visione et fruitione Dei tota ratio gloria consistit.

VERSUS 38.

At ille ait : Credo, Domine ; et proci dens adoravit eum.

1. — S. Cyrillus ait : « Tunc magis meruit

« cognoscere Christum, cum eiectionis est de consortio inimicorum Christi. » S. Thomas cæcum hunc per hunc adorationis actum divinitatem in Christo agnovisse his verbis asserit : « Mundata conscientia cognovit illum non solum filium hominis, quod exterius videbatur, sed Filium Dei, qui carnem suscepit, nam adoratio debetur soli Deo. » Rupertus Abbas, *lib. IX in Joan.*, ait : « De hoc primitivo adoratore Filii Dei, duo hæc notanda sunt, quæ de nullo adorante illum legis; quia videlicet *et credo, dixit, et proci dit.* » Leprosus quidem etiam adoravit; de illo tamen non legitur, quod dixerit : *Credo, Domine*, aut quod se in terram prostraverit, sed tantum genuflexit : « Hic enim invenitur tam voce confessionis, quam gestu, cordis necessarium perficiens adorationem Filii Dei? Et idcirco recte per singulos annos in exemplum ponitur sanctæ Ecclesiæ catechumenus insistentis sollemnitate Paschali baptizandus in morte Christi. »

2. — S. Bonaventura advertebat cæcum duo non puncta docuisse, homini oranti quam maxime necessaria : « Primum fidei credulitas : *Credo, Domine*; *postulat autem in fide*; secundum humilitas in gestu. Ibi : *Proci dens*. Qui enim proci dit, si infra se, alteri innititur. »

3. — Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum de hoc cæco illuminato ita scribit : « Cedonius Episcopus, vel Sidonius, fuit ille cæcus a natiuitate, quem Dominus lutum ex spato faciens et oculos liniens illuminavit, qui et ab aliquibus dicitur fuisse unus ex septuaginta duobus Christi. »

FERIA QUINTA POST QUARTAM DOMINICAM QUADRAGESIMÆ

VIDEATUR EVANGELIUM DOMINICÆ QUINDECIMÆ POST PENTECOSTEN

FERIA SEXTA POST QUARTAM DOMINICAM QUADRAGESIMÆ

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. XI, VERS. 1

1. Erat quidam languens Lazarus a Bethania de castello Mariæ et Marthæ, sororis ejus.
2. Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus, capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur.
3. Miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes : Domine, ecce quem amas, infirmatur.
4. Audiens autem Jesus dixit eis : Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.
5. Diligebat autem Jesus Martham et sororem ejus Mariam, et Lazarum.
6. Ut ergo audivit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.
7. Deinde post hæc dixit discipulis suis : Eamus in Judeam iterum.
8. Dicunt ei discipuli : Rabbi, nunc querebant te Judæi lapidare, et iterum vadis illuc ?

9. Respondit Jesus : Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit; quia lucem hujus mundi videt.

10. Si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.

11. Hæc ait, et post hæc dicit eis : Lazarus amicus noster dormit, sed vado, ut a somno excitem eum.

12. Dixerunt ergo discipuli ejus : Domine, si dormit, salvus erit.

13. Dixerat autem Jesus de morte ejus; illi autem putaverunt, quia de dormitione somni diceret.

14. Tunc ego Jesus dixit eis manifeste : Lazarus mortuus est.

15. Et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum.

16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Dydimus, ad condiscipulos : Eamus et nos, et moriamur cum eo.

17. Venit itaque Jesus, et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.

18. Erat autem Bethania juxta Jerosolimam quasi stadiis quindecim.

19. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham, et Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.

20. Martha ergo ut audivit, quia Jesus venit, occurrit illi, Maria autem domi sedebat.

21. Dixit ergo Martha ad Jesum : Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.

22. Sed et nunc scio quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.

23. Dicit illi Jesus : Resurget frater tuus.

24. Dicit ei Martha : Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die.

25. Dixit ei Jesus : Ego sum resurrectio et vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.

26. Et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum.

27. Credis hoc? Ait illi : Uti que, Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

28. Et cum hæc dixisset, abiit et vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens : Magister adest, et vocat te.

29. Illa ut audivit, surgit cito, et venit ad eum.

30. Nondum enim venerat Jesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha.

31. Judæi ergo qui erant cum ea in domo, et consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam, dicentes : Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.

32. Maria ergo cum venisset, ubi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, et dixit ei : Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

33. Jesus ergo ut vidit eam plorantem, et Judæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, et turbavit semetipsum, et dixit :

34. Ubi posuisti eum? Dicit ei : Domine, veni et vide.

35. Et lachrymatus est Jesus.

36. Dixerunt ergo Judæi : Ecce quomodo amabat eum.

37. Quidam autem ex ipsis dixerunt : Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur ?

38. Jesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca, et lapis superpositus erat ei.

39. Ait Jesus : Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror ejus, qui mortuus fuerat : Domine, jam foetet; quatuoriduanus est enim.

40. Dicit ei Jesus : Nonne dixi tibi, quoniam si crederis, videbis gloriam Dei ?
41. Tulerunt ergo lapidem. Jesus autem elevatis sursum oculis, dixit : Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me.
42. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti.
43. Haec cum dixisset, voce magna clamavit : Lazare, veni foras.
44. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes et manus institis, et facies illius sudario erat ligata. Dixit ergo Jesus : Solvite eum, et sinite abire.
45. Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam et Martham, et viderant quæ fecit Jesus, crederunt in eum.

VERSUS 1.

Erat quidam languens Lazarus a Bethania de castello Mariæ et Marthæ, sororis ejus.

1. — Albertus Magnus, in *Jogn.*, dictionem *languens* ponderans ita scribit : « Longus angor est, quia et angustia angit, et diuturnitate corpus atterit, et vires consumit. Et hoc dicitur ad magnitudinem miraculi. »

2. — Salmeron, *tom. VI, tr. XLII*, ad illud Ecclesiastici, x, 11, dictam : *Languor prolixior gravat medicum*, sese reflectens, idipsum in presenti occasione adimpletum esse ostendit : « Hic enim Lazari languor magis Dominum, medicum, quam Lazarum infirmum gravavit. Nam pro infirmo sanando medicus vitam suam posuit. » Prævidebat enim quod per hoc miraculum universi Hebraismi contra ipsum concitanda esset invidia, quodque exinde ad mortem suam determinandam perveniendi essent, nec tamen ob id Lazarum resuscitare non pretermisit, eo quod Lazarus hic peccatorem præfigurabat in peccatum prolapsum indeque mediantibus auxiliis cælestibus ad gratiam vitam resurgentem, in quem finem Redemptor noster vitam et sanguinem suum impendere et prodigere non dubitabat.

3. — S. Thomas, in *Jogn.*, ait : « Per hunc fidei signatur, qui in Deo sperat, et tamen patitur infirmitatem peccati, de qua dicitur in *Psalm.* vi : *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum.* Lazarus enim interpretatur auxiliatus a Domino; unde eum signat, qui habet spem divini auxilii. » *Psalm.* cfx, 2 : *Auxiliam meum a Domino.* » S. Bernardus quoque, per hunc languentem Lazarum, perversam intelligit peccatoris voluntatem, qui in incremulum mortalitatis culpæ infirmitatem incidit, a qua non nisi divina gratia mediante curari non potuit : « Sorores istius voluntatis consentientis peccato, videlicet intellectus et memoria, annuntiant Deo dicentes : *Ecce quem amas, infirmatur,* quando intellectus elevatur considerans, et intelligens peccatum anime, cui per voluntatem consentit, et memoria recordatur de morte et judicio Dei pensando peccatum et penas inferni. »

4. — S. Thomas ait : « Bethania domus est obediencie, per quod datur intelligi, quod si infirmus sit Deo obediens, potest ab eo de facili curari, sicut infirmus obediens medico, ab eo beneficium consequitur sanitatis. »

VERSUS 2.

Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus infirmabatur.

1. — Per hæc verba Evangelista demonstrare voluit, hanc esse eandem Mariam, inquit Jacetanus, quæ in *cap. vii* S. Lucæ illud Christi pedibus obsequium præstiterat : « Imo ex industria Joannes, qui legerat Evangelium Lucæ, explanat hæc esse illam. » Quæ eandem illud quoque miraculum hoc præsentem prodigio non inferius in semelipsa experta fuerat, quia ut Rupertus Abbas Tuitiensis ait : « Ille quidem languens erat, Maria autem soror ejus, jam pessimo languore, imo et ab ipsa morte anime jam foletens per gratiam Domini revixerat atque convalescerat. »

2. — Quæri hoc loco haud incongrue potest, cur S. Joannes non simul mentionem fecerit hospitalitatis, quam S. Maria Magdalena ibidem Salvatori sæpius exhibuit ? Ad quod tamen facile respondeatur, siquidem dici potest, quod Sapientia incarnata alimenta corpori præstita non tanti fecerit, quanti æstimavit peccatricis lacrymas, contritionem, penitentiam et vitæ mutationem, quam in domo Pharisei ad pedes ejus prostrata exhibuit.

VERSUS 3.

Miserunt ergo sorores ejus ad eum, dicentes : Domine, ecce quem amas infirmatur.

Miserunt ergo sorores ad eum.

1. — « Non per seipsas venientes, » inquit Albertus Magnus, « ut et se ipsum recognoscerent, » quem per terras discurrere non decebat. » Sapientem etenim mulieri non honesta, sed impudice attribuit, quod vagabunda, et garrula circum curset, *Prov.*, vii, 11 : *Nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foras, nunc in plateis, etc.* Theo-

phylactus præter hanc aliam quoque rationem assignat, cur in persona propria fidebant Christo, et convenerit : « Quia plurimum fidebant Christo, et quia mulieres erant, non oportebat eas ita facile de domo progredi, et quia in lucu erant, et occupate circa fratrem; *Ecclesi.*, vi, 11 : *Amicus si permanserit fons, erit tibi quasi coequalis, et in domesticis tuis fiducialiteraget.* Cum omni namque securitate et familiaritate cum ipso agere et tractare poterant. Idem quoque motivum S. Bonaventura adducit, dum ait sorores hæc non in persona propria Dominum accessisse, ut Regulus et Centurio fecerant, non quia de fratris sui salute recuperanda sollicitæ non essent, nec quia de seipsis præsumptuose sentirent : « Sed quod vehementer confidebant de Christo, et multam habebant ad eum familiaritatem. »

Domine.

2. — « Professio est, » inquit Albertus Magnus, « potestatis sanandi si vult. Unde Augustinus : *Posse habes arbitrii tui, si fratrem sanare velis; et ideo etiam non rogant, sed innotescunt tantum sibi, quod utilis videtur relinquentes.* »

Ecce quem amas, infirmatur.

3. — « Is, quem amas unice, » inquit Lucas Brugensis, « familia nostra; nam et alios amabat Jesus, nominatim discipulum, qui hæc scripsit; » duabus quidem hæc sororibus multæ suppetebant ad Christi animum in Lazari curationem inflectendum rationes, inquit Toletus. Cum enim in orationibus efficacissimæ essent, maxime Magdalena, quæ optimam partem elegit; uti quidem supplicationibus aut memorialibus potuissent, « sed » potissimum elegerant, » nimirum dicendo : *Ecce quem amas.* Secunda ratio consanguinitas erat : « Deus enim et homines solent multa facere pro his, quos conjunctos sciunt amicis, quos diligunt. » Tertia ratio est amor infirmi erga Salvatorem, sed quarta ratio omnibus aliis potior est et efficacior : « Ipsius subvenientis amor, hæc est omnium potissima; efficacior est enim amor subvenientis, ut beneficiat, quam amor indigentis, ut bene fiat. »

4. — Dionysius Cartusianus legationem notat, quam ad eum miserunt : « Utuntur verbo tam affectuoso et blando : *Ecce quem amas,* ad Jesum » ad misericordiam inclinarent, quem noverant pietatis visceribus plenum; » nam in *Psalm.* vi, 3, scribitur : *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum.* » « Infirmus enim amici, » inquit Albertus Magnus, « ad misericordiam flecit. »

5. — S. Augustinus, *lib. de catech. rud.*, iv, rationem reddit, cur hæc sapientes et circumspectæ sorores non potius dixerint : « Qui te amat. Rudis est animus, qui dilectionem, quam nolit impen-

dere, nolit rependere. Poterunt ergo dicere : « Ecce, qui te amat, infirmatur; » at vero probe sciebant, inquit S. Doctor, amorem quo Deus erga nos fertur, fontem esse et originem amoris nostri erga ipsum : *Quoniam Deus prior dilexit nos.*

6. — Jansenius ad hoc se reflectit, quod non dixerint : « Frater noster infirmatur, sed : *Ecce quem amas;* nimirum non nitentes propriis aut Lazari meritis, sed tantum amori, et benevolentie Christi; neque suorum meritorum intuitu, sed amicitie jure ipsum provocantes, verecunde ad subveniendum. » Cæterum pretendere poterant merita sua, quæ sibi præ cunctis aliis apud Christum comparant, siquidem domus ipsarum ipsi et omnibus ejus discipulis semper patebat, jamque ab ipsis iteratis sæpe vicibus hospitio exceptus fuerat; præterquam quod Magdalena de illarum mulierum numero erat, de quibus S. Mattheus scribit, quod erant ministrantes ei de facultatibus suis.

7. — Regulus quidem a Christo petierat : *Descende priusquam moriatur filius meus;* at vero modestissime hæc sorores tanta cum Salvatore securitate et presumptione uti volebant, maxime cum illum a longinquo unico tantum verbo fratris suo sanitatem restituere posse scirent; neque itineris ad ipsas institendi incommodum ipsi inferre præsumebant, eo quod se cum omnibus meritis suis indignas esse arbitrabantur, ad Christum in propriam domum suam recipere, nisi ultro volentem; præterquam quod satis sit verisimile, ipsas eum imminenti notissæ exponere periculo, siquidem ut Apostoli ejus dixerant : *Nunc quærebant te Judæi lapidare, et iterum vadis illuc?*

8. — Verum enimvero dicat fortasse aliquis; ex quo ergo nullum ei incommodum creare volebant, cur non committunt illis, quos ad Christum miserant, ut fratris sanitatem ab eo directe exposcerent? Nimirum sciebant, quod divinum oraculum per os Davidis, *Psalm.* xxxii, 18, promiserat : *Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis, qui sperant super misericordiam ejus, ut eruat a morte animas eorum;* et *Psalm.* cxlv, 20 : *Custodit Dominus diligentes se.* Salmeron inquit : « Non citant merita propria, nec fratris sui Lazari; sed tantum ejus in Lazarum amorem; neque dicunt : *Veni, aut festina,* sed infirmitatem tantum proponunt, et modum succurrendi non describunt. Satis putabant, annuntiare amanti, qui amat, et non deservit, qui diligit non verbo aut lingua, sed opere et veritate. » Unde S. Gregorius, *lib. VI mor.*, *cap. xvii*, scribit, quod amor ei, qui vere amat, calcaria addat ad subveniendum amato : « Amor etiam mentes ad opus excitat, nec calcariis indiget. »

9. — Devota quidem et sanctæ hæc sorores, Deum ut gratias suas nobis conferat nostris orationibus et supplicationibus solliciti velle sciebant,

at vero pariter monitum ab ipso *Matth.*, vi, 7, nobis datum, scilicet: *Orantes nolite multum loqui*, non ignorabant; atque ideo urgentem necessitatem suam paucis et brevibus verbis exposuerunt, scientes quod *preparationem cordis eorum audivit auris tua*. Beatissima Virgo nuptiarum necessitatem Filio suo exponens, duobus se verbis tantum expedit, dicendo: *Vinum non habent*.

10. — S. Augustinus, *tract. xlix in Joan.*, ait: « Non dixerunt: Veni; amanti enim tantummodo « munitandum fuit: sufficit ut noveris; non enim « amas et deseris. » Solus Christi erga Lazarum fervens amor competens iudex esse poterat, qui an sanitas ei expediret an secus discerneret. S. Antonius Paduanus, *Serm. in hoc ser.*, ait: « Non enim « ad amantem insinuare curant, nisi ecce quem « amas, *infirmatur*. Quia, ut ait Augustinus: Non « diligis, quem deseris. Insuper quia sanitate po- « test homo bene et male uti, ideo non est simpli- « citer postulanda. Ideo dicitur: *Ecce quem amas*, « *infirmatur*; quasi dicatur: Domine, vides neces- « sitatem; fiat quod conducere nosti ad ejus utili- « tatem corporis et anime. »

11. — Magno nos duae hae sanctae Matronae er- rore liberarunt, quo ut plurimum mundus seducitur, qui infirmitates, afflictiones, aliasque verumnas irati nobis Dei signa esse censet, cum tamen revera res ita se non habeat: *Ecce quem amas, infirmatur*. Unde Chrysostomus, *Hom. lxi in Joan.*, inquit: « Multi cum aliquem bonum et Deo acceptum, « mali aliquid, ut morbum, ut paupertatem et hu- « jusmodi perpeti vident, perturbantur; sane ignari « hoc maxime Dei amici contingere; nam et La- « zarus et amicus Christo, et agrotus erat. » S. Au- gustinus igitur duas causas, ob quas Deus saepius infirmitates immittere solet, assignat, dum ait: « Respondemus, ante remissionem, esse illa suppli- « cia peccatorum; post remissionem, certamina « exercitationesque justorum. *Placeo mihi in infir- « mitatibus*, dicebat S. Paulus, *ut inhabetet in me « virtus Christi*. II *Cor.*, xii, 10. »

VERSUS 4.

Audiens autem Jesus dixit eis: Infirmus haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.

Infirmus haec non est ad mortem.

1. — Duobus modis infirmitas haec considerari potuit, vel secundum ejus malignitatem, et sic tendebat ad mortem, quae Lazarus revera ex illa mortuus fuit; vel etiam « ut erat sub ordine divinae « providentiae, » inquit Cajetanus, « et sic verum « est, quod non erat ad mortem, hoc est, ad hoc « ut Lazarus maneret mortuus, sicut alii homines « mortui. » Jansenius dicit: « Quod mors illa non « esset sibi mors, sed veluti somnus, sive quod in

« idem redit; quia infirmitas illa non perducta « esset Lazarum ad mortem talem, quaem sorores « metuebant, in qua scilicet maneret. »

2. — Ante omnes alios Chrysostomus, *Hom. xvi in Joan.*, hanc considerationem adduxit, quod scilicet sorores ille a legato ab eisdem misso resolu- tum adeo et virgum Salvatoris responsum audientes, quod Salvator ait: *Infirmus haec non est ad mortem*, cum tamen ipse revera mortuus esset: « Non sunt scandalizatae, cum contra accidisset, « quam dixerat, sed ei obviam factae sunt, neque « mentitum putaverunt. » De Abrahamo pariter Scriptura refert, quod tametsi ei ab aeterna veritate in Isaaco filio ejus progeniem ipsius multiplicandam esse promissum fuerit, ipse tamen propter acceptum a Deo de eodem jugulandum et sacrificandum mandatum, spe sua non excederet, sed firmiter caeleste oraculum crediderit esse adimplendum; *Contra spem in spem credidit*; verumtamen sanctiarum harum mulierum fides et spes longe major fuit et excellentior, dum fratrem suum extinctum esse scientes, Christi nihilominus responsum admittere non detrectarunt, de quibus proinde Basilus Seleucus, *Orat. xl*, ait: « Contrario rei eventu « non sunt offense, et sine mendacii suspitione ad « Dominum adierunt. » Porro Lucas Brugenis haec de re hanc in modum discurrit: nuntius ab hisce sororibus ad Christum missus ab eodem ob letum, quod relaturus erat nuntium gaudens quidem abili, qui tamen ubi in Bethaniam rediit, Lazarum mortuum et recenter terrae commendatum, ambasque sorores Mariam et Martham, omnesque alios domesticos lugentes invenit: « Mortuus enim fuerat « eo ipso die, quo nuntius missus discesserat a « Jesu, sive ante responsum a Jesu nuntio datum, « sive paulo post. » Mox vero ut acceptum a Christo responsum illis, a quibus missus fuerat, exposuit, aliquantulum quidem turbatae fuerunt: « Tamen « quia adjunxerat Jesus, morbum fore ad gloriam « Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam, persuade- « runt sibi sensum verborum Jesu esse hunc aut « similem, quod infirmitas fratris esset non ad « mortem, sed ad salutem ipsius aeternam pro glo- « ria Dei; itemque rem totam divinae providentiae « reliquerunt. » Et quidem valde est verisimile, quod quando infirmitatem fratris ad gloriam Dei cedere intellexerunt, gavisae fuerint, et de infirmitate fratris et de ipsius morte, eo quod dignus habitus fuerit, qui vel minimum gloriae Dei promovendae cooperari potuerit, immensa etenim hominis cujuscumque consolatio esse debet, quod in aeternis et afflictionibus suis exaltandae gloriae Dei instrumentum esse possit.

3. — Credibile est hoc responsum a Christo datum, expositum fuisse in praesentia multorum circumstantium, qui vel reditum missi nuntii, vel adventum Salvatoris vel ad minus bonum aliquod a

Christo allatum nuntium impatienti cum desiderio praestolari fuerunt, datumque nuntium mox per universam Bethaniam et passim inter Iudeos fuisse divulgatum. Unde verisimile fit multos erga Christum male affectos, Pharisaeorum et synagoga dictamina et opinionem sectantes, Christum et ejus responsum derisisse, illumque traduxisse tanquam falsum et mendacem Prophetam, nec tamen benignissimum Salvator ideo se eo recipere renuit, aut si tardavit, id factum est, quia opportunum medicamentum applicandi tempus longe melius medicus novit quam infirmus; unde expectavit, donec cadaver computrescens foeteret, ut tanto evidentius medicinae suae specimen ederet is, qui de seipso dixit: *Ego sum resurrectio et vita*.

Sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.

4. — S. Thomas verba illa hoc sensu exponit: « Ut scilicet ipse, qui resuscitatus fuit, quasi casti- « gatus juste viveret ad Dei gloriam, et populus Ju- « deus videns miraculum, converteretur ad fidem. « *Psal. cxvii, 18: Castigans castigavit me Dominus, « et morti non tradidit me.* » Enimvero ob hoc miraculum adeo prodigiosum, adeo ingens in uni- versa Iudaea motio fuit, ut dicere non dubitarent: *Totus mundus abijt post eum*; Apostolorumque quos tanquam Ecclesiae suae elegerat cardines, fides magnopere fuerit consolidata; unde Lucas Bru- genis ait: « Fides Apostolorum fuit gloria Jesu, « sicut et fides aliorum, quos hoc miraculum per- « movit. » Apostolis quoque Christus dicit: *Gaudete propter vos, ut credatis*.

5. — Rupertus Abbas Tuliensis ait: « *Pro gloria* « inquam *Dei*, id est, pro testificanda divinitate Filii « Dei; reprobratur namque Filio Dei, diciturque « v. g. quia demonium habet et insanit, eo quod « dixerit: *Venit hora, quando omnes, qui in monu- « mentis sunt, audient vocem Filii Dei et procedent*; « ut ergo glorificetur et insaniae non arguatur « Filius Dei, oportet illum in hoc uno, qui nunc « infirmatur, experimentum dare virtutis et veri- « tatis suae, id est, ostendere in uno homine, quid, « vel quomodo facturus in universo hominum ge- « nere. » Et quidem quanto magis morti appropin- quabat, tanto, inquit Salmeron, evidentiora eadeb divinitatis et omnipotentiae suae specimina: « Admi- « rabiliora legationis inunctae a Patre testimonia « eadeb, nec quisquam humanae naturae infirmitate « in cruce et morte declarata offenderetur, aut eum « quasi impotentem morti succubuisse existima- « rent. » Toletus quoque ait: « Nullum enim « extitit miraculum Christi, quale hoc, in quo ita « esse se Dei Filium ostendoret et tot credentes « sibi conciliaret. »

6. — At vero dicere nonnemo hic posset; certis- simum est, quod Salvatori nostro perspicuum plane

fuerit, hanc Lazari resurrectionem suam ei accele- raturam fuisse crucifixionem: quoniam igitur modo Filius Dei, eo in casu, in medio atronum glorificari poterat? Ideo Toletus ad hoc dicit: « Alii exponunt « de Filii passione, quia hoc miraculum causa « fuit ut Iudaei mortem Christo omnino inferre « decernerent, » et tamen etiam ex hoc capite plane veritatem ut glorificetur, etc., siquidem Christus ipsemet dixit, *Joan.*, xii, 32: *Ego, si exal- tatus fuero a terra, omnium traham ad meipsum*: videmus Jesum per passionem mortis gloria et honore coronatum. Unde S. Leo ait: « Traxisti, « Domine, ad te omnia, et cum extendisses tota die « manus tuas ad populum non credentem et con- « tradicentem tibi, confilendae majestatis tuae sen- « sum totus mundus accepit. »

7. — Porro Salmeron ex hisce verbis utilissimam quandam deducit moralitatem, dum ait: « Mundus « suae gloriae instrumenta habet, ambitionem, po- « tentiam, opes, honores, sapientiam et hujusmodi, « unde gloriatur; Christus vero elegit crucem, « infirma, ignobilia et ea, quae non sunt, ut inde « gloriam suam eliciat. » Enimvero Deus ad pro- movendam gloriam suam, sicut et ad incrementum salutis et profectus animarum suarum, qui non minus ad ejus gloriam ordinatur, inmissis nobis infirmitatibus, persecutionibus et quibuscumque aliis afflictionibus tanquam instrumentis utitur, quia per similes verumnas Deus amicos suos edere facit specimina virtutis et efficaciae divinae suae gratiae, nobisque occasionem aeternam comparandi gloriam subministrat.

VERSUS 5.

Diligebat autem Jesus Martham, et sororem ejus Mariam, et Lazarum.

1. — Toletus Evangelistam ideo hanc Christi erga Martham, Mariam et Lazarum dilectionem expressisse existimat, ut sorores hasce et fratrem earum Christo praelectos fuisse audientes, intelligeremus hoc iter in Bethaniam a Christo integro biduo dilatatum fuisse non ex amoris et voluntatis defectu, sed propter mysterium, ut minimum ratiis et admirabilis videretur esse miraculum.

2. — Tota haec familia hunc Christi merebatur amorem, ut Salmeron notat, dicens: « Peculiali « quodam affectu hanc familiam et carne et fide « nobilem, et inter se concordem, sicut in univer- « sum diligit omnes credentes in Deum, et hospi- « tales in proximum, pie audientes verbum Dei, et « se mutua dilectione amantes, juxta illud: *Ego « diligentes me diligo.* » Lucas Brugenis inquit: « Diligebat et Deum, et ut homo; ut Deus dilec- « tione aeterna, tanquam electos et salvandos; ut « homo diligebat amore naturali, quippe amicos et « hospitio solitos recipere, amore etiam humano et

« morali, utpote honestos et virtutis studiosos; » qui idem Auctor Evangelistam de amore naturali et morali locutum fuisse opinatur, quo nimirum se erga amicitiam et ad illi sæpius receptam hospitalitatem gratiam exhibere volebat. Dionysius Carthusianus circa ethymologiam nominis *Lazarus* ita discipulit : « In exterioribus strenuum et interioribus « devotum; fuit strenuus et nobilis miles, dives et « justus, ac Christi discipulus eo modo, quo Joseph « ab Arimathæa et Nicodemus. » Fuitque hic Christi in hanc familiam amor adeo excessivus, ut licet hanc resuscitationem mortem sibi acceleratam esse sciret, ab hoc tamen miraculo patrandi ob id minime desisteret.

3. — S. Cyrillus Alexandrinus, l. I et VIII in *Joan.*, ait : « Nec mirum si mors et morbus ei « quem Deus diligebat, acciderit : communia enim « omnium, quæ ex infirmitate naturali proveniunt, « tametsi diligentibus Deum, peculiaris ea gratia « data est, ut non iniquo animo ferant ærumnas. » S. Bonaventura Chrysostomum citans querit cur S. Joannes Christum hanc familiam dilexisset toties repetat? Et respondet, quod Christus id fecerit : « Erudiens nos, non tristari, si aliqua infirmitas « fuerit circa amicos, quia quem diligit Deus, cas- « tigit. Quis est filius, quem non corripit pater? » Jansenius quoque similem ponderationem adducit, dicitque sacrum textum per hanc Christi erga hanc familiam ostensam dilectionem nos monere voluisse : « Ne putaremus justorum infirmitates « divina iræ semper esse indicia, ne quis gravatum « ferret, si etiam Deo amici morbo teneantur, aut « ad tempus videantur a Deo negligi. » S. Augustinus in tribus hisce personis certum quendam notat languorem atque tristitiam; dicit enim : « Ille languens, ille tristis, omnes dilecti; sed dili- « gebat eos et languentium Salvator, imo etiam « mortuorum suscitator et tristium consolator. »

VERSUS 6.

Ut ergo audivit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.

1. — Rupertus Abbas Tuitiensis causam explicat, cur benignissimus Salvator non eandem ostenderit erga Lazarum sollicitudinem, quem erga archisynagogi filiam et filium viduæ demonstrat; dicit enim : « Experimentum ejus verbi parabatur, quod « dixerat : *Omnes, qui in monumentis sunt, audient « vocem Filii Dei et procedent*; ut ergo ad hoc per- « veniret, tandiu tardavit, donec mortuus terre « gremio reconderetur, ubi pulvis in pulverem « convertitur et omnis caro in suam originem « redigitur, ut inde clamore illius evocaretur, unde « in *jussu et voce Archangelii, et in tuba Dei*, illo ad « judicium descendente de celo, omnes evocandi « sumus. » Ex quo eodem venerabili scriptore Sal-

meron ulterius docet, hanc dilationem a Christo præmissam nec Lazarus præjudicasse, nec offendisse legem, sicut nec charitatem aut amicitiam, ex alia vero parte : « Sororibus multum doctrinæ et conso- « lationis attulit, sed in primis gratia Dei servivit, « Lazarus quidem amicus, sed amicitior Dei glo- « ria. » Unde utile quoddam pro illis documentum deducit, qui dum coeli auxilia, ab ipsis sæpe sapius in urgentibus necessitatibus implorata differri et suspendi vident, de Dei bonitate diffidere incipiunt; dicit enim : « Docemur ergo hanc ejus mora, « non æstimandum nobis Dei amorem a præsen- « tium rerum statu; quia rogatus sæpe auxilium suum « differt, vel ut orandi ardorem magis acuat, vel ut « patientiam nostram exerceat et simul ut assue- « faciat ad obsequium divinum. » Chrysostomus, *Hom. lxi in Joan.*, sequentem rationem affert : « Non enim cognita esset gratia repente præstata, « nisi corruptus esset et fœteret. »

2. — S. Thomas, in *Joan.*, hujus ejusdem dilationis duplicem tradit causam; quarum prima est : « Ne ex præsentia ejus mors Lazari impedita esset, « nam ubi vita præsens est, mors locum non « habet. » Secundo, ut miraculo redderetur tanto credibilis, nec quisquam objicere posset, cum mortuum non fuisse. « Nullus potest dicere, quod « nondum defunctum eum suscitavit, sed potius « stupefactum. »

VERSUS 7.

Deinde post hæc dixit discipulis suis : Eamus in Judæam iterum.

1. — S. Thomas, *ibid.*, inquit : « Per hoc autem « quod iterum revertitur in Judæam, mystice datur « intelligi, Dominum in fine mundi, iterum rever- « surum ad Judæos, qui converterentur ad Chris- « tum. »

VERSUS 8.

Dicunt ei discipuli : Rabbi, nunc quærebant te lapidare, et iterum eadis illuc?

1. — Toletus hoc a discipulis Christo suggestum non tam ex zelo quam ex privato quodam iporum interesse dimanasse : « Consulebant quidem « Christo, » inquit, « sed magis sibi; quod sæpe « inter nos accidit, ut sub specie charitatis erga « proximum res nostras agamus. »

2. — Lucas Brugensis hoc totum discipulorum in Christum affectum attribuit, dicens : « Quia dili- « gebat Jesum, nolebant eum in mortem incur- « rere; » sed hoc ei iter dissuadendo bifariam errabant : « Semel, quod nescirent Jesum morien- « dum esse, ut Christi partes impleteret; simul, quod « putarent interficere posse præter expectationem et « voluntatem, quamvis super utroque aliquoties « admoniti. »

VERSUS 9.

Respondit Jesus : Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt.

1. — S. Augustinus, *tract. xlix in Joan.*, dicit : « Cum vellent dare consilium homines Deo, disci- « pli Magistro, servi Domino, ægroti Medico, « corripuit eos et ait : *Nonne duodecim sunt horæ « diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit*; me « sequemini, si non vultis offendere. Ut diem se « esse ostenderet, elegit duodecim discipulos; si « ego sum dies et vos horæ, numquid horæ diei « consilium dant; horæ diem sequuntur, non dies « horas. » Idem quoque Rupertus Abbas his verbis dicit : « Quid mihi consilium datis, cum non vos « me, sed ego vos duodecim elegerim, ut sic debeatis « sequi nuntium Magistri, sicut sequuntur duodecim « horæ motum solis? »

2. — Per eandem metaphoram a suorum cordibus ibi mortem depellere voluit, quem de ejus morte habebant, ita Toletus exponit, siquidem vitam suam in duodecim horarum diei decursu adumbrat, in quibus se extra omne mortis periculum constitutum esse sciebat, siquidem prius omnia, quæ per infallibilem providentiam suam disposuerat, adimpleri debebant. « Noctem, » inquit, « tempus passionis appellat de quod dixit : *Hæc est « hora vestra et potestas tenebrarum*, erat quidem « jam vicina mox, quia imminabat passionis tem- « pus, tamen adhuc hora erat diei, quando nemo ei « nocere poterat. » S. Cyrillus ait : « Si enim qui « ambulat in die, non offendit, quomodo qui omni- « bus lumen imittit, pateretur aliquid molestum « invitatus; et quomodo qui omnibus revelat occultas « malorum foveas, imprudens in eas cadet? »

3. — Idem quoque sanctus Doctor in hisce verbis instabilitatem humanam expressam considerat; dicit enim : « Forte comparat hominum mentem novi- « tatis cupidam, ac mobilem semper, fluenti die- « rum motui, nunquam firmiter in una opinione « consistentem. » Eundem quoque sensum Hugo Cardinalis amplectitur, dum ait : « Quasi dicat : « Variæ et mutabiles sunt horæ diei, sic et affectus « hominum, et etiam sæpius in die mutatur cor « hominis, quam horæ; sic et Judæi possent esse « mutati a voluntate me lapidandi et sicut possum « tempora mutare, ita et Judæorum corda. »

4. — Quod vero sensum atinet moralem, certum est gratiam in luce velut ejus symbolo insinuari, *Psal. xcvi, 11 : Lux orta est justo. Ephes., v, 8 : Eratis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambularetis. Fructus autem*, etc. S. Thomas ait : « Sicut qui in die vadit, non impingit, id est, « non offendit, ita nec vos qui mecum itis; et hoc « ideo, quia lucem hujusmodi videt in me; si

« autem ambulaverit in nocte, id est, in tenebris « ignorantis et peccati, tunc offendit; et hoc ideo, « quia lux, scilicet spiritualis, non est in eo, non « quidem ex defectu lucis, sed eorum rebellionem. « *Job., xxiv, 13 : Ipsi fuerunt rebelles luminari.* » Similem quoque considerationem Dionysius Carthusianus habet, dum ait : « Per quod mystice « innuit, quod is, qui ambulat in luce justitiæ, vel « puritate conscientiæ, non impingit opere, vel « affectu, non habet timorem, sed debet esse secu- « rus, quoniam nulla ei nocebit adversitas si nulla « dominetur iniquitas. »

VERSUS 10.

Si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.

1. — Quisquis in nocte ambulat, facile impingit et in præcipitium aliquid labitur, quia lux ei deest. Lyranus dicit : « *Lux non est in eo*, id est, justitia, « vel ego, qui *sum lux*; quasi dicat Christus : Quan- « diu vobiscum sum presentialiter, non debetis « timere Judæos, quia Christus etiam in captione « sua eos salvavit, sed post mortem meam erit vobis « periculum. »

VERSUS 11.

Hæc ait, et post hæc dicit eis : Lazarus amicus noster dormit, sed eado, ut a somno excitem eum.

Lazarus amicus noster dormit.

1. — Temporibus superiorum sæculorum Deus Abrahamum, Isaac et Jacobum magnopere hono- rasse censebat, quando eos servos suos appellabat; David quoque sanctissimus Rex et Propheta in eodem titulo gloriabatur, dum aiebat : *Servus tuus sum ego et filius ancillæ tuæ*; hic autem sublimia Lazari merita glorioso amico titulo condecorat, qui tantus est, ut Apostoli postquam ad apicem sancti- tatis, majoremque gratiæ et amicitia Christi gradum pertingerant, tunc pridem sibi a Christo dici audierint, *Joan., xv, 14 : Jam non dicis vos servos, eos autem dicis amicos.*

2. — « Ex hoc autem quod dicit amicus, » inquit Albertus Magnus, « dicit adjuvandi voluntatem, « quoniam qui amicus est, ejus voluntas est, ad « hoc, ut adjuvetur amicus; quia amicorum est « idem velle et nolle. »

3. — Dominus noster his verbis simul amicitiam hanc suam quoque Apostolis communem fuisse insinuat; quasi diceret : « Quem simul omnes amamus, « cui vos non minus ac ego devincti estis; nonne « amicissimus noster hospes? noster dicit, ut disci- « pulos ad commiserationem commoveret et faciles « ad iter redderet; sunt enim, amici causa, etiam « pericula contemnenda. » S. Thomas Christum

omnibus bonum amicum fuisse considerat: « Prop-
ter multo beneficia et obsequia, quae nobis exhi-
bit; et ideo non debemus necessitate deficere. »

4. — Considerandum quoque hoc loco venit, Lazarum amicum nunquam appellatum fuisse, nisi postquam mortuus fuit; nullus enim quoadusque vivit de gratia et amicitia Dei securus esse potest. Unde Poeta ita canit: « Dicitur beatus ante obitum
« nemo, supremaque funera debet. » *Eccle.*, ix, 1: *Nescit homo, utrum amore vel odio dignus sit; at vero confestim ut homo mortuus est, tunc dicere potest: Loquens contritus est et nos liberati sumus.*

Dormit.

5. — « Somnus dicitur aliquando mors, » inquit S. Bonaventura: *Nolumus vos ignorare de dormientibus; praecipue vero mors servorum Dei somnus appellari meretur, de quibus vere dicitur, quod requiescant.* Chrysostomus, *Hom. xxxi in Matth.*, ait: « His verbis docet non timendam mortem, cum ad conditionem somni jam redacta est. » Ante Salvatoris nostri mortem animae a corporibus solute in limbo depositae asservabantur; at vero postquam ille resurrexit, qui est velut *Primitiae dormientium*, iusti ad aeternam sese recipiunt requiem, *Psal. cxxvi, 3: Cum dederit dilectis suis somnum, ecce haereditas Domini.* S. Lucas, de Stephano protomartyre scribit, *Act.*, vii, 59, quod *obdormavit in Domino*; sicut enim somnus est corporis ex laboribus, vigiliis et aliis decessum diei toleratis molestiis fatigati restauratio, ita et mors animae refocillationem inducit. S. Bernardus ait: « Triplex in morte congratulatio est: homines ab omni labore, peccato et periculo liberari. » S. Thomas in Joannem ita scribit: « Somnus dicitur mors, propter spem resurrectionis et ideo mors consuevit appellari dormitio, ab eo tempore, quo Christus mortuus est et resurrexit. »

Seo vado, ut, etc.

6. — Dionysius Carthusianus Christum his verbis Apostolos dupliciter laudat dicit: « His verbis his dupliciter roboravit ac laudavit corda discipulorum; » primo quia se in familiarium amicorum suorum domum abire dixit, in qua alias tam honorifice hospitatus fuerat, non vero Jerosolymam, ut cum Phariseis disputaret, seque tot funestis mortis periculis exponeret. Secundo, quia se ad Lazarum communem omnium amicum resuscitandum concedere asseruit. Lyranus ait: « Hanc causam sui itineris dixit ad discipulos, quasi dicat: Non debetis timere, quia vado non ad dispartandum cum Iudeis. »

7. — Sed dicit fortasse quispiam, cur Salvator noster ad Lazarum resuscitandum in Bethaniam concessit, quando jam certo sciebat, resuscitationem istam sibi morte luendam esse? Et ideo pro

resolutione notandum quod Dominus noster Lazarum amicum suum appellari, de amico autem Seneca scribit: « In quid amicum paro? ut habeam, pro quo mori possim, et habeam, quem in exitum sequar, cujus mortui opponam et impendat. » Salmeron Christum se non sine peculiari mysterio, nec non rationabili et virtuoso motivo periculo huic exposuisse his verbis ostendit: « Docemur hic non temere in periculum nos conjicere, nisi iuste sint causa, id est, gloria Dei, proximi necessitas et charitas; nos propter commodum proprium in mala quaecumque et pericula nos objicimus, propter Deum vero colendum et proximum sublevandum movemur, non tantum illud quidem. » Dicit quoque potest, quod ex quo Lazarus typus sit peccatoris, in quo vita gratie extincta fuit, Redemptor noster ad illum in statum salutis reducendum libenter se mortis periculo exposuerit.

8. — Observandum quoque est, quod Christus ad Lazarum defunctum accesserit, eo quod is in eo stata ad ipsum ire, aut ullum actum humanum exercere non potuerit, utpote qui jam mortuus et omnis vitae expertus esset; qua in re denotatur, quod necessum sit ad hoc, ut reducatur in statum salutis, ut misericordia Dei ad compassionem erga nos moveatur, eo quod nullas ad nos erigendas ad nos nobis ipsi vires habeamus. Unde S. Antonius de Padua dicit: « Adhuc Christus dicit nobis continue: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado, ut a somno excitem eum*; vide profundum inestimabilem pietatis; dormit peccator, negligit semetipsum et tamen Deus non desistit, sed nos excitare satagit a peccato, clamans exhortando vel comminando: *Lazare, veni foras.* »

9. — Hugo Cardinalis scribit: « In hoc potest percipi, qui verum amicum habent, si eos a peccatis excilent, in quibus dormiunt cum diabolo; » unde et Christus venit excitare amicum suum Lazarum. Idem quoque varios distinguit modos, quibus peccator ab hoc lethargo excitatur: « Quandoque ad strepitum, id est, turbationem et tribulationem mundi, item clamorem in exhortatione et praedicatione; tertio in pulsu flagellorum: *Perussioque Intere Petri excitavit eum.* »

10. — Toletus divinam admiratur pietatem, qua in nobis per gratiam suam praeveniendis utitur, dicit enim: « Est etiam perfecta misericordia, quando non tantum venientibus ad nos subvenimus, sed etiam iis, qui venire nequeunt beneficii tui accessimus. »

Ut a somno excitem eum.

11. — Nimirum hoc loquendi modo facilitatem nobis insinuare voluit, quam habebat in patrandis miraculis, imo etiam in resuscitandis ad vitam defunctis. Unde S. Augustinus, *tract. xlix in Joann.*,

ait: « Verum dixit: Sororibus mortuus erat, Domino dormiebat; hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant; nam Dominus tanta eum facilitate excitabat de sepulchro, quanta tu non excitas dormientem de lecto. » Chronista sacer de miraculis Dei tractans, ita scribit: *Extendisti manum tuam et devoravit eos terra.* Ubi Cajetanus ait: « Tam facile Deus miraculum facit, ac si duntaxat manum extenderet. »

12. — S. Cyrillus quoque rationem reddit, cur Dominus noster mortem appellaverit somnum: « Neque enim mortem vocare voluit, qui creavit hominem ad immortalitatem, verumtamen etiam verus est sermo et vere est somnus apud Deum. »

13. — Idem quoque S. Pater aliam affert rationem, cur miraculi mentionem nullam facere voluerit: « Fastum et jactantiam vitans ad nostram institutionem et utilitatem. » Chrysostomus, *Hom. lxi in Joann.*, pariter dicit: « Semper nos admonet, ut inanem gloriam caveamus et nihil de nobis mere promittamus. »

VERSUS 12.

Dixerunt ergo discipuli ejus: Domine, si dormit, salvus erit.

1. — S. Augustinus, *tract. xlii in Joann.*, ait: « Solet enim esse somnus agrotantium salutis indicium. »

VERSUS 13.

Dixerat autem Jesus de morte ejus; illi autem putaverunt quod de dormitione somni diceret.

1. — Salmeron errorem ponderat Apostolorum, qui in hisce verbis laborabant: « Quis enim sane mentis itinere unius diei proficiscitur, ut quempiam a somno excitet? » Non recordabantur amplius, quod alias patri filiae mortuae dixerat: *Non est mortua puella, sed dormit.* « Parum acute dixerunt: Si dormit, salvus est; eo etiam modo, quod sit sermo de dormitione somni, nam Ade dormienti ablata est costa et reposita caro pro ea; Samsoni dormienti praecisi septem crines, in quibus fortitudo ejus sita erat; Holofernes capite truncatur; dormientibus hominibus venit inimicus et supereminavit zizania. »

2. — Toletus Apostolos excusandos esse putat in eo, quod sibi persuaserint Christum dixisse se ad Lazarum suscitandum in Bethaniam abire: « Quasi somnus esset illi noxius quo tanquam a re noxia et contra sanitatem eum liberari opus esset, ideoque se opponunt, dicentes non esse somnum noxium, sed utilem et sanitatis indicium. »

3. — Lucas Brugensis errorem et defectum notat in ipsis tanquam excipulis in schola Magistri caelestis nondum sufficienter eruditus: « Ideo

« illorum tarditas nobis ob oculos ponitur, ut virtus Jesu in illis paulo post perficiendis sit illustrior. » S. Thomas ait: « Adhuc erant rudes et in timore positi, et ideo male capiebant verba Christi; vel etiam eos excusari posse existimat dicendo eos credidisse, quod Christus more suo in parabolis loqueretur: « Conserveat eis parabolice loqui et ideo nesciebant quid per suscitationem a somno intelligeret. »

VERSUS 14.

Tunc ergo Jesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est.

1. — S. Augustinus notat Christum, eo quod obscure scilicet loquendo eum dormire dixerat, nunc apertius se declarasse, dicendo quod vere mortuus erat: « Eger enim, non mortuus fuerat nuntiatus, sed quid lateret eum, qui creaverat et ad ejus manus anima morientis exierat? »

VERSUS 15.

Et gaudeo propter eos, ut credatis, quoniam non eram ibi, sed camus ad eum.

1. — Toletus ostendit quoniam modo licite quis et merito de alieno malo gaudere possit: « Gaudere licet in malis, » inquit, « quae hominibus a Deo immituntur, non propter eorum malum, sed propter eorumdem aut aliorum spiritualem salutem ac profectum, quando per ea ad Deum convertuntur, vel in melius proficunt. » Sapientia incarnata hanc mortem Lazari specialiter ad fidem Apostolorum, ac demum totius Judaismi stabilendam ordinaverat; et ideo de Apostolis S. Augustinus scribit: « *Ut credatis*, quod intelligendum est, ut amplius robustiusque credatis. »

2. — Ait autem se gaudere, » inquit S. Cyrillus, « non ad vanitatem, quia miraculum patratum esset, sed quia haec causa futura erat discipulis a fidei: « Theophylactus Christus se in hoc miraculo Apostolis suis specialiter tanquam verum Deum declarare voluisse existimat. » *Ut credatis* mihi magis nunc, ut Deo. » S. Thomas ait: « *Propter vos*, id est, propter vestram utilitatem, ut ex hoc sumatis experimentum divinitatis meae, quia in absentia video. »

3. — Rupertus Abbas ita scribit: « Gandi sui causam mox subjunxit, dicens: *Quia non eram ibi*; quid enim, Domine, si fuisses ibi? Si fuisses ibi, » inquit, « non tanta daretur materia gloriae Dei, praecipue quippe amantium et ploratibus eorum urgeret hoc facere, ut non moretur, aut certe ut mortuum suscitaret, antequam sepeliretur; nunc magnificentius glorificabitur Filius Dei, cum cadavere sepulto jamque foetente experimentum dabitur, quod in hora novissima vere

« omnes, qui in monumentis sunt, procedent ad vocem ejus. »

4. — Chrysológus, *Serm. lxxix*, quærit quo modo verificari possint verba illa æternæ et infallibilis Veritatis, scilicet: « *Non erum ibi*. Et erat locus, ubi non erat Christus? et quomodo non erat ibi, unde mortuum Lazarum discipulis nuntiabat? Tandem vero dubium illud sequenti distinctione resolvit: « Fratres, erat ibi Christus Deus, sed ibi non erat homo Christus; erat ibi Christus Deus, cum moreretur Lazarus, sed tunc ad mortuum venturus erat Christus, quando erat mortem Christus Dominus subiturus, dicebat itaque, *quoniam non eram ibi*, hoc est, in morte, in sepulchro, in inferno, ubi per me et per meam mortem potest festa tota mortis est subruenda. »

5. — Supradicte Rupertii Abbatis expositioni conformis quoque est aliorum expositorum interpretatio: « *Quædo, quia non eram ibi*, id est, Lazaro corporaliter non adfuit, » inquit Dionysius (Arthusianus), « cum infirmabatur, quoniam si fuisset, curassem eum antequam mortem incurrisset, » propter instantiam suarum sororum et quia non decessisset amicum meum mori, me, qui vita sum, assistente. »

6. — Chrysológus aliud quoddam gaudii hujus molivum tangit: « Quia in morte et resurrectione Lazari figura tota mortis et resurrectionis Domini nica pingebatur et quod erat seculorum mox in Domino, jam præcedebat in servo; mortem Lazari usque ad quadriduam tempus protendit, usque ad factorem prevalere permittit, ut discipuli non haberent dubium, posse Dominum post triduum adhuc recentem surgere, cum servum vidissent quadriduam surgere jam fetentem, et crederent posse facile sibi vitam reddere, qui alium taliter revocaret ad vitam. »

Enam ad eum.

7. — Ex hisce verbis S. Thomas pulchram hanc elicit moralitatem: « In quo ostenditur, » inquit, « Dei clementia, in quantum homines in peccatis existentes et quasi mortuos, per se accedere ad eum non valentes, misericorditer preveniendo attrahit, secundum illud, *Jerem., xxxi, 3*: *In civitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te.* » Salmeron notat amicitiam hominis aliquando eousque pertingere, ut faciat amicum amico ad mortem usque assistere, imo mortem ipsam, ubi opus fuerit, libenter pro eodem subire: « Sed Christus fidelissimus est amicus, non tantum in vita et morte, sed etiam post mortem succurrens. » Observat Toletus Christum suos invitasse discipulos, ut ad videndum et visitandum Lazarum, licet defunctum, secum irent: « Homines solent infirmos amicos visitare, mortuos destituere, nihil enim visitatione sua eis præstare valent, at Christus

« etiam mortuos visitat sicut et vivos; tam facile enim est ei, mortuis vitam quam infirmis salutem conferre. »

VERSUS 16.

Dixit ergo Thomas, qui dicitur Dydimus, ad discipulos: Enamus et nos et moriamur cum eo.

1. — S. Cyrillus Alexandrinus, *lib. VII in Joan.*, ait: « Faciebat autem eos timidos Christus supra modum injuriarum impatiens, quas accipiebat a Judæis; » sciebant enim odium synagoge adversus Magistrum ipsorum semper summe fuisse implacabile, ideoque timebant, ne ejus injuriæ in ipsos quoque, ut discipulos illius redundarent. S. Thomas igitur sodalibus suis animum generosum suggestit, eis demonstrando amorem ejus, cui obstrictissimi erant debitores. Unde Interlinearis dicit: « Ecce verus amantium affectus, vel cum eo vivere, vel cum eo mori. » S. Thomas ita exponit: « Quasi dicat: Ire vult, periculum ei mortis imminet, numquid et nos remanebimus, ut vivamus? absit, sed eamus et moriamur cum eo. » II ad *Timoth., ii, 12*: *Si compatimur et conregnabimus.*

2. — Toletus in hisce verbis amorem et fortitudinem S. Thomæ notat, dum ait: « Verba sunt dilectionis erga Christum et fortitudinis dilectionis, quoniam quidem sine Christo vitam contemnebat propriam; fortitudinis, quia a periculo, quod animo conceperat, non retardabatur, quo minus sequeretur Magistrum; » erat tamen adhuc fides ejus imperfecta, siquidem adequatum nondum habebat conceptum divinitatis suæ, per quam omnia pericula superare, iisque superior esse poterat.

VERSUS 17.

Venit itaque Jesus et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.

Venit itaque Jesus.

1. — Tametsi quadriduam a morte Lazari elapsum fuerit, auxilium tamen in tempore satis opportuno superadvenit, quod licet nonnunquam differatur aliquantulum, diffidendum tamen nequaquam est, *Hab., ii, 3*: *Adhuc visus prociat, et apparebit in finem, et non mentietur, si moram fecerit, expecta illam, quia veniens veniet et non tardabit.*

Et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.

2. — « Non quod ignorarit, » inquit Lucas Brugenis, « sed quod ignorantem se gerens intellexerit, ex incolis Bethaniæ obviis Lazarum esse mortuum et a quadriduo sepultum. » Cajetanus considerat quod si verum est in primis, quod Chris-

VERSUS 18.

Erat autem Bethania juxta Jerusalem quasi stadiis quindecim.

1. — Hugo Cardinalis in sensu morali dicit: « Per hoc significatur, quod obedientia est prope pacem, soli enim obedientes habent pacem peccatoris et expectant pacem æternitatis. »

VERSUS 19.

Multi autem ex Judæis venerunt ad Martham et Mariam, ut consolarentur eis de fratre suo.

1. — Chrysológus, *Hom. lxxi in Joan.*, hoc loco quærit, qua ratione Judæi sibi persuadere poterint, licitum sibi esse ad has Christo dilectas matronas honorandas et consolandas accedere eo tempore, quo jam adversus Christum mors inferenda decreta fuerat, ipseque omnibus adeo abominabilis erat, *ut si quis eum confiteretur, extra synagogam fieret?* Et respondet, Judæos hæcæ sorores convenisse, vel propter vulneris magnitudinem, vel quia nobilitas res reverebantur, vel quia non mali erant, qui ad eas venerant, multi namque erodierunt. » Basilius Seleucus, *Orat. xi*, aliam rationem subsinuit, dum ait: « An ob mali communis necessitatem? » Quasi dicere vellet: forsitan compassivum hoc Lazari in florida ætate constituti, nobilis, divitis, robusti mortui spectaculum in ipsis omnem repressit invidiam et odium, quo adversus Salvatorem exardebant. Præ cunctis vero aliis Chrysológus rem acutelligisse videtur, dum ait: « Nobiliores reverebantur; » erant enim Judæi isti viri totius synagoge maxime præcipui, atque in summa auctoritate et respectu constituti, qui proinde se nequaquam puniendos esse sciebant; hi igitur cum domicelliis illustri et nobilissima prosapia et parentela progenitis possessionesque et domnia amplissima sub se habentibus, curialiter exerceere, easque honorare impune poterant; soli namque pauperes et plebei sunt, qui ut plurimum legum quas transgrediuntur, penas laeri debent, magnatibus vero etiãsi prævaricantur, omnis delictur respectus, quibus proinde quicquid libet etiam licet.

VERSUS 20.

Martha ergo ut audivit quia Jesus venit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat.

Martha ergo ut audivit quia Jesus venit, occurrit illi.

1. — Lyrans dicit quod quia illa domum tantum senior regebat, ideo quoque illi priusquam Mariae Salvatoris adventus fuerit nuntiatus. S. Thomas ait: « Occurrit Marthæ describitur festinus, absque moræ dilatione. Ratio quare Martha audivit, et occurrit sola, est, quia Martha sollicita

tunc discipulis suis Lazarum mortuum esse dixerit, quando præcise exspiravit, ac deinde quod iter ab illo loco, in quo Joannes Baptista baptizabat, usque in Bethaniam solo poterit quadriduo perfici, verisimile omnino fiat, quod Lazarus pro eo tempore, quo Christus dicebat: *Infirmitas hæc non est ad mortem*, etiamnum vivus exlitterit et præcise in eo temporis puncto, quo Christus dixit: *Lazarus mortuus est*, exspiravit. Lucas Brugenis e contra dicit, quod tametsi locus, in quo infirmitas Lazari Christo nuntiata fuit, a Bethania non nisi octo horarum itinere dissitus fuerit, hoc tamen intelligendum sit, si iter istud summa cum celeritate et accelerantis veredarit passibus conficiatur, at vero homini gravi et multis comitato, qui multis notus, facile a multis interpelletur in via, facileque subsistat beneficiendi studio, majus est quam unius diei iter. » Causa autem, ob quam adventum suum ad quatuor usque dies distulit, a Cajetano tangitur hisce verbis: « Et interim et mors Lazari publica esset in Jerusalem, et Judæi convonientes ad consulandum sorores, testes essent tanti miraculi. »

3. — Cæterum quod mysteria moralia atinet, Hugo Cardinalis ait: « Quatuor dies mortis, sunt ætates, in quibus peccant, etiam in decrepitate; vel quatuor dies, peccatum cordis, oris, operis et consuetudinis. »

4. — S. Bonaventura, S. Augustinum citans per quatuor hos dies, quatuor legum transgressiones intelligendas esse dicit: « In isto mortuo intelligimus genus humanum; quatuor dies mortis sunt quatuor transgressiones hominis, quarum prima est contractio peccati originalis; secunda transgressio legis naturalis; tertia legis scriptæ; quarta legis Evangelicæ, et ad excitandos homines de his mortibus venit Dominus, » que omnia diffusius deducit S. Augustinus.

5. — Chrysológus, *Serm. lxxix*, notat hanc moram, intra quam eadaver computrescere cepit, omnem resuscitationis spem e medio sustulisse videatur: « Agil, ut humana spes tota pereat, lot vis mundanæ desperationis accedat; » hic enim per frequens esse solet infallibilis divine providentiæ stylus, quod mala ad extremitatem usque redigi patiatur, ut per hoc nobis innotescat, quam verum sit, quod sit *Adjutor in tribulationibus, quæ inveniant nos nimis*. Deus eousque sacrificium Isaac impedire distulit, donec jam ad feriendum cervicem dextera Abrahæ extensa esset; Joseph tot annis in misera servitute transegerat et post toleratam calumniam retro inclusus fuerat ergastulo carceris, ibidemque etiam ab eo, cui eximie benefecerat, oblivioni traditus fuerat, nec tamen Deus illius oblitus tunc fuit; siquidem descendit cum illo in foveam et in vinculis non dereliquit eum. *Sap., x, 13.*

« erat, et ideo occupata circa dispositionem negotiorum discurrerat per domum, et nuntians facilius occurrit. » S. Bonaventura dicit : « Oecurrat sicut avida ad videndum Christum, et sicut gaudens de adventu, non sperans de successu. » Interlinearis in sensu morali ita scribit : « Activa vita primum occurrit, per opera misericordiae, quae contemplativi quietem desiderant. »

2. — Chrysologus, *Serm. lxxv*, mysteria occursum istius hisce verbis expendit : « Sic servus non fuit, non proximus, non unicus certe, qui aderant, consolator, ut mulier sola, medias per turbas, per castrum totum, extra civitatem, et luctus tempore, veniens occurreret Salvatori? Fratres in his personis non cause currunt, sed sacramenta signantur. Mulier currit pro morte, quae occurrit ad mortem; festinat ad veniam, quae festinavit ad culpam; resurrectionem quaerit, quae quasi ruinam; et ipsa, quae mortem viro attulit, ut vitam viro referat, haec anhelat. »

Maria autem domi sedebat.

3. — S. Thomas, *lib. X in Joan.*, ait : « Maria autem sedebat domi cum illis qui venerant de Jerusalem, et ideo non ita cito potuit sibi indicari, ut Martha. » Causam vero cur Martha non subito sororem suam de Christi monerit adventu, reddit Chrysostomus, ab eodem S. Doctore relatus, nimium : « Quia Maria sedebat cum Judaeis, et Martha sciebat, quod Judaei persequebantur Christum et ita conspiraverant in ejus mortem. »

VERSUS 21.

Dixit ergo Martha ad Jesum : Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.

Dixit ergo Martha ad Jesum : Domine, si fuisses hic, etc.

1. — Lucas Brugensis verisimile esse censet, quod duae hae sorores saepius inter se contulerint dilecto Christi adventu, dicendo, quod si Christus ad visitandum fratrem sollicitè accurrisset, is utique extra omne fuisset positus mortis subeunda periculum; neque ille in hasce fuissent angustias redactae. Et quidem de Martha, quae prima Christo occurrit, Rupertus Abbas ita scribit : « Non ausa est conquiri, cur non venisset mox, ut ipsi nuntiatum est a dicentibus : Domine, ecce quem amas, infruatur, sed reverentiam Domino servans et dilectionem ledere cavens, tantum humili fide in contrafectione cordis omnipotentiam confitetur amantis; » lamentari quidem de Christo potuisset, inquit Jansenius, quod in auxilio ferendo justis fuisset tardior, cum tamen ab ipsis ardentissimis ad ferendum auxilium precibus fuisset rogatus : « Cum etiam tamen extraneos plerosque et ignotos lubens

« adire solet et sanitatis munere impertiri, » et tamen, ut idem scribit Jansenius : « Nec aliquod remittit de solita reverentia et honore. »

2. — S. Cyrillus Alexandrinus circa illa verba : *Si fuisses hic, non fuisset mortuus*, etc., ita scribit : « Si scivisset Deum esse, non dixisset, *si hic fuisses*; Deus enim ubique est; » verumtamen ad eam excusandam, haec protinus verba subiungit : « Prae dolore extra rationis fines evagata, existimat nihil aliud prestare posse Dominum, tanquam elapsa occasione, putabatque ipsum venisse non ad suscitandum Lazarum, sed ad ipsas consolandas; » verissimum quidem est, quod nullus sit locus, ubi Deus non sit; verumtamen specialiter adest animabus electis in summa tribulatione positis, tametsi tunc oculis humanis longissime abesse videatur. *Psal. xc, 15 : Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum; longitudine dierum replebo eum et ostendam illi salutarem meum*, prout in Lazari morte factum fuisse conspicimus.

3. — Porro causam cur Dominus noster illam de fidei modicitate non arguerit, S. Cyrillus his verbis adducit : « Obrutam dolore Mariam non redarguit, ei, qui creaturam omnem implet, hoc locutam, si fuisses hic; exemplum nobis prebens non redarguendi eos, qui sunt in recenti, vehementerque luctu; » etenim tritum monitum est : « Non est addenda afflictio afflictio. »

4. — Observandum tamen est, illam nihilominus aliquem habuisse de divinitate ipsius conceptum, licet non adaequatam et perfectum, ut ex illis verbis clare colligitur : *Frater meus non fuisset mortuus*; ex illis namque liquet, ipsum infallibiliter futurum credidisse, quod sola ipsius praesentia fratrem a morte potuisset eripere. Unde S. Cyrillus ait : « Non ideo ait, mortuus est frater meus, quia natura hominis morti subiacet, sed quia tu non aderas, qui solo imperio mortem vincere potes. » S. Bonaventura Glossam adducens dicit : « Prae sente nulla infirmitas ausa esset apparere, apud quem vita hospitali noverat; » unde proficuum valde monitum deduci pro illis, qui in anime suae hospitium recipiunt Salvatorem; dicit enim : « Gloriosum ergo et jucundum et securum est anima fideli Filium Dei hospitali in corde et suscipere, ut nulla infirmitas, nulla mors peccati, nulla tristitia indebita ibi sit. »

5. — Ex hoc S. Marthae pronuntio clare satis, quomodo sint fallacia hominum judicia colligitur, siquidem : *Nescimus quid petamus*; cum enim hae sorores absentiam et dilationem Christi Lazaro damnosam futuram esse existimarent, haec ad majus illius bonum auctioremque Dei gloriam ordinata fuisse cernitur, atque ideo in ipsis non voluntate remittere debemus, cum medicus nobis ipsis prospicere possit. Atque haec sola causa fuit, cur S. Martha omnibus illis, quae Christus haec in re fecerat, per-

fecte se conformavit. Unde Toletus ait : « Temporate et modeste dolore animi, qui justus erat de morte fratris, expressi, nec enim sciebat, quid divina providentia in illa morte statuerat. »

VERSUS 22.

Sed quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.

1. — Extra controversiam quidem est, quia S. Martha ardentissimum habuerit fratris in vitam resuscitandi desiderium, atque ut ex horum verborum sensu perspicue colligitur, Christum id facere posse probe sciverit, maxime cum jam antea filium viduae Naimiticae, nec non et archisynagogi filiam a mortuis resuscitasset et tamen ab hac gratia a Christo postulanda abstinuit, quia tanquam mulier virtutibus et perfectione magna praedita, necessum esse sciebat, ut in simili eventu propriae voluntati renunciantes, in Dei nos beneplacitum totaliter resignemus. S. Augustinus ait : « Unde enim sciebat, si fratri suo resurgere utile erat? Hoc tamen dixit : Scio, quia potes, si vis, facis; utrum enim facias iudicii tui est, non praesumptionis meae. » S. Bernardus, *de grad. humilit., gr. xii*, optime ad propositum interrogat : « Cur ejus misericordiam non flagitasti? Respondent : Sic melius, tanquam non orantes, oramus, exhibemus fidem, perhibemus affectum, scit ipse, cui non est opus, ut aliud quid dicatur, quod desideremus; quod nostris meritis deest, verocundia fortasse supplebit. »

2. — Lyranus ait : « Videtur per hoc non fuisse edocta plene de ejus Deitate, quia non dixisset : *Quaecumque poposceris, sed quaecumque jusseris*. » Credebant namque, ut Toletus ait, ipsum Lazarum quidem resuscitare posse, ita tamen ut, pro hoc fine obtinendo, Deo per preces supplicaret; unde patet, quod ipsum purum hominem esse crederit, siquidem id ipsum oratione mediante, non vero per omnipotentiam propriam facere posse credebant.

3. — Lucas Brugensis ipsam dicere voluisse asserit, quod lametis causa mortis fratris sui ejus absentia fuerit, verificandum tamen ad minus illud fuisse crediderit, quod permissum a se nuntium sibi significatum fuerat, nimirum : *Infirmus haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei*. Quod vero resuscitationem ejus nec praetulerit, nec sperarit, ex ejus cum Christo habito discursu, nec non ex illius responsis, sicut etiam ex toto contextu Evangelico satis liquide patet, siquidem haec ei nimis prodigiosum esse videbatur miraculum : « Mens ejus fuit fateri in genere, verba Jesu esse vera, et seque illis indubitalam fidem adhibere, etiamsi ea non intellexerit. »

4. — Toletus ejus modestiam his verbis commendat : « Modestam petitionem haec verba continent, non enim expresse rogat, ut a Deo petat, sed potentiam ejus confitetur, amanti autem satis

« est nosse. » Jansenius ait : « Judicio Domini cuncta subjiciens, ac de ejus benignitate tanto pere confidens, ut non dubitavit fratrem resuscitandum, si id a Deo peti posset, aut conveniret. »

5. — S. Thomas de Villanova considerat, quod hae sorores suas Salvatori supplicationes porrigendo pro Lazaro se interposuerit : « Sanctarum sororum obsecrationibus Lazarus suscitatus est, placet Deo nimis humilitas peccatoris, qui de se penitus diffusus, quia indignum exauditione se reputat, alterius suffragia quaerit. »

VERSUS 23.

Dicit illi Jesus : Resurget frater tuus.

1. — « Non dixit : Resuscitabo fratrem tuum, » inquit Jansenius, « tum quod ubique Dominus vitae ret sui ipsius jaetantiam, ac modestiam verborum seclaretur; tum quia paulatim volebat animam Marthae ad miraculi fidem et spem exercere. »

2. — Salmeron haec verba nobis ob oculos ponit, veluti motivum admodum efficax ad nos in charissimorum amissionem consolandos : « Cogitent et putent se de Christi aure audivisse : Resurget vel pater, vel frater, vel filius tuus; unde, *Job, xix, 27 : Reposita est haec spes mea in sinu meo.* »

VERSUS 24.

Dicit ei Martha : Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die.

1. — Theophylactus pulchre nobis declarat, quomodo sancta haec mulier corpora nostra in fine saeculorum resurrectione esse sciverit : « Sciebat, » inquit, « ex divinis Scripturis et in primis ex contentis Christi sermonibus de resurrectione. »

2. — Toletus notat, consolationis motiva, quae ordinarie similibus in occasionibus proponi solent, optime ab Apostolo ad Thessalonicenses, *I Ep., iv, 12*, his verbis perhiberi : *Notum vos ignorare, fratres, de dormitantibus, ut non contristentur, sicut et ceteri, qui spem non habent*. In hunc sensum verbum Christi Martha interpretata est adhuc rudis et imperfectae fidei.

VERSUS 25.

Dicit ei Jesus : Ego sum resurrectio et vita : qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.

Ego sum resurrectio.

1. — Postquam Martha de universali resurrectione mentionem fecisset, Christus ei opportune replicavit, inquit S. Bonaventura : « *Ego sum resurrectio et vita*; subditur doctrina veritatis de potestate Filii Dei in suscitando omni tempore. » Tacite quoque insinuare voluit, « se esse illum suscitatorum rem et vivificatorem, » inquit Salmeron, « per

« quem in novissimo futura sit resurrectio mortuorum. »

2. — Martha paulo ante in suo discursu, Christo ad edendum miracula precibus ad Deum fusis opus esse insinuaverat; ac proinde ab hoc errore illam eximere voluit: « Oslendit se, non sicut illa existimavit, » inquit Jansenius, « opus habere alio adjutore, nec precibus sibi impetrandam esse mortuorum resurrectionem, quemadmodum Sanctis aliis, utpole qui fons esset vite et resurrectionis. » nis. » Toletus Christum illi Filium Dei esse, uti revera erat, manifestasse scribit: « Apertis verbis Dominus eam instruit et imperfectam fidem ejus corrigi, docetque se non indigere poscere quicquam a Deo, sed se esse Deum, qui mortuos suscitare et vite pristinae restituere possit. » Significantius etenim verbis vivam ei spem resurrectionis Lazari, ejusque ad vitam resuscitationis imprimere non poterat, quia dicere his verbis voluit, inquit Jansenius: « Ego sum fons et auctor resurrectionis et vite. » Et quidem resurrectionis pariter et vite mentionem fecit, « ut intelligamus eum non loqui potissimum de resurrectione communi etiam impiis, sed de ea, quae propria erat iustorum et fidelium. »

3. — S. Augustinus, *tract. xlix in Joan.*, ad spirituales peccatorum mortem alludens ait: « Audiamus et resurgamus. Quam multi sunt in hoc populo, quos premit consuetudinis moles? Forte audiunt me quidam, quibus dicitur: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*, dicunt, non possumus; forte audiunt me aliqui immundi lascivii et flagitiis inquinati, quibus dicitur: *Nolite hoc facere, ne pereatis*, et respondent: *Non possumus tolli a consuetudine nostra*. O Domine, istos resuscita. » Tametsi in peccatis inveterati simus, non tamen diffidamus, quia Christus, qui *non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat*, prestat ut dicens: *Ego sum resurrectio*.

Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.

4. — Per fidem autem, non nudam fidem intellectus, sed perfectam, quae est cum obedientia mandatorum ejus et charitate intelligere oportet. » Ita exponit Toletus.

5. — S. Cyrillus Alexandrinus hanc assert horum verborum interpretationem: « Non erit immunis a morte carnis, propter conditionem humane naturae, qui in me credit, verumtamen nihil inde patietur damni, cum Deus nullo negotio vivificare possit, quem velit, qui enim in eum crediderit, in futuro saeculo vitam habebit sine carentem in beatitudine et plena perfectaque corruptionis immunitate. »

VERSUS 26.

Et omnis, qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

1. — S. Bonaventura duo mortis genera assert, corporis scilicet et anime, adducitque S. Augustini testimonium dicentis: « Mors anime fit, cum eam deserit Deus, sicut corporis, cum id deserit anima; ergo utriusque rei, id est, totius hominis mors est, cum anima a Deo deserat deserit corpus; ita enim nec ex Deo vivit ipsa, nec corpus ex ipsa. » Christus igitur juxta Seraphici Doctoris expositionem vult dicere: « Omnis, qui vivit corpore et spiritualiter et credit in me, scilicet veritatem, non morietur in aeternum morte damnationis aeternaliter. » S. Thomas aliam quandam adducens expositionem adjungit: « Hoc non est intelligendum, quin moriatur ad tempus morte carnis, sed quod aliquando se moriatur, ut tamen resuscitatus vivat in aeternum in anima donec caro resurgat, nunquam postea moritura. »

2. — Rupertus Abbas, *lib. X in Joan.*, ait: « Qui mortuus est, nisi is maxime, qui sine Deo est? E contra quis vivit, nisi beatus ille ejus Dominus Deus ejus est. »

3. — Dionysius Carthusianus verba haec de vita naturali intelligit, cui perseverans in Christum fides sit conjuncta: « Quod non est sine gratia gratum faciente, quae est vita anime; non morietur in aeternum, id est, finaliter non peribit; neque aeternam damnationem incurret; vel nunquam morietur, spirituales vitam amittendo, dum in fide formata manserit constans, » Lucas Beugensis inquit: « Qui credit de me, quicquid credendum est, qui mihi adhaerit fide viva per spem et dilectionem operante et usque ad mortem perseverante. »

VERSUS 27.

Credis hoc? Ait illi: Utiq; Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hoc mundum venisti.

Credis hoc?

1. — Notat Jansenius quod ex hisce Christi verbis colligatur, quod tam in resuscitatione Lazari quam aliorum defunctorum, hic ejus finis fuerit: « Ut ex eo intelligeremus ipsum esse autorem speratae resurrectionis et desideratae vite. »

2. — Chrysologus, *Serm. lxxiii*, ingeniosam hoc loco questionem in medium adducit: dicit enim: « Qui ad Lazarum venerat, quid sic occupatur in Martha? Quid? Ut ante ista in fide surgeret, quam ille resuscitaretur in carne, sic facit, qui et vivis et mortuis consulturus adventit. »

Ait illi: Utiq; Domine, ego credidi, quia tu, etc.

3. — Toletus fidem hanc Marthae, quam circa divinitatem Filii Dei habebat, imperfectam fuisse existimat, ad eum modum quo si homini alieni rudi et indocto propositiones aliquae circa fidem proponantur, quae, licet fidem habeat, attamen non capit, in respondere solet: « Credo sanctam Ecclesiam; ita nunc Martha: Ego credidi, Domine, te esse verum Christum, et omnia quae tibi dicis, vera esse; at non distincte ea percipiebat. » S. Bonaventura eundem sensum habet, dum ita scribit: « Petrus intelligit plenarie veritatem, scilicet et quod erat Filius Dei aeternus. Mulieres vero a iste censuerunt istum, sicut de virtuoso quodam homine, et approbato, et eccellente. »

4. — Thomas hanc confessionem expendens, eam maxime commendat, dicens: « Haec confessio Marthae perfecta est, confitetur enim Christi dignitatem, naturam et dispensationem, scilicet incarnationis; » quod enim dignitatem spectat, hanc in eo regiam et sacerdotalem agnoscit, dum ait: *Tu es Christus*, quia in graeco, *Christus* idem est quod *unctus*; inunguntur autem reges et sacerdotes; ipse autem oleo Spiritus Sancti inunctus fuit, *Psal. lxxv. 8: Unxit te Deus, Deus tuus oleo lactitiae*; divinam quoque naturam Patri coequalem confessa fuit, dicendo quod sit Filius Dei vivi; confessa est item incarnationis mysterium, dum ait: *Qui in hoc mundum venisti*; scilicet carnem assumens. Salmeron in ejusdem confessionis laudem ita scribit: « Haec est fides Ecclesiae catholicae, » hanc Petrus caput Ecclesiae professus est; hanc et Martha confidenter asseruit. » Unde hanc deducit moralitatem, ut scilicet omnes in schola fidei christiane, in fidei confessione studeamus esse unanimes: « Una et eadem est fides Papae et mulierum; docti et idiotae, majorum et simplicium. » Maximam tamen S. Petrus in sua confessione habuit prerogativam, quae confessione S. Marthae altior et superior fuit; siquidem, ut Christus ait, *Matth. xvi. 17: Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus caelestis*.

5. — Nota hic, quantum sancta haec matrona in agnitione et notitia Dei brevissimo temporis spatio profecerit, quia cum antea illum solum hominem esse existimavit, talem tamen, qui suis apud Deum precibus multum obtinere possit, nunc eundem vero Dei Filium esse confitetur. Unde S. Thomas de Villanova ait: « Hominem perfectissimum et maximum profecto, haec mulier credebatur, sed Deum, aut Dei Filium unigenitum nesciebat. » Haec fides Domini colloquio proficitur, Mira colloquii utilitas. »

VERSUS 28.

Et cum haec dixisset, abiit, et vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, et vocat te.

Haec cum dixisset, abiit, et vocavit Mariam.

1. — Nimirum sororem suam consolationum suarum participem fieri voluit, quia ut S. Cyrillus advertit: « Audierat: *Resurget frater tuus*. »

2. — Chrysologus, *Serm. lxxiv*, ait: « Martha mittitur ad Mariam, quia sine Maria nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat matris nominis bajula, ut videat homo Christum virginalis uteri habitasse secretum, quatenus prodeant ab inferis mortui; mortui exeat de sepulchris christi. »

Silentio.

3. — S. Cyrillus ait: « Quia cum ea erant Judaeorum nonnulli Christo miraculorum factori invidentes. » Theophylactus aliam assert rationem: dicit enim, quod si Judaei qui urbanitatis causa ad illi condolendum advenerant, illam a Christo vocatam esse, penetrare potuissent, hi utique confestim e domo recessissent; adeoque miraculo huic ademptus fuisset numerus spectatorum et testium: « Quia autem existimabant Mariam ad sepulchrum proficisci lacrymarum, propterea simul abierant cum ea, et miraculi spectatores fuerunt, ac testes. »

4. — Jansenius, *lib. X in Joan.*, dicit: « Forte ne circumsedentes Judaei, quos plerosque sciebat iniquiores esse Jesu, impedirent eam ut non accederet ad Dominum. » Rupertus Abbas ait: « Non enim ignorabant, quia nuper cum lapidare volebant; ne ergo irreverenter inimici Magistrum solitis pulsarent injuriis, vel ne currentes impedimento essent sibi cupienti ejus colloquio frui, silentio sororem suam vocavit. » Toletus dicit: « Silentio eam advocat, ut solam sciat se a Magistro vocari. »

5. — Observat S. Thomas quod cum silentium privationem vocis ac soni importet, impossibile fuerit, cum hoc nuntium silenter expedire potuissent, unde concludit, dicens: « Silentium suppressam vocem nuncupavit, quasi dicat: Vocavit eam submisce. Mystice autem per hoc datur intelligi, quod ad Christum qui vocatur, exteriori voce tantum, sed efficacius silenter. »

6. — S. Bonaventura exinde pro debilitati sexu sequens subinfert documentum: « Nota hic exemplum mulieribus colloquii silentio; quanto enim sunt magis nuncupavit, quasi dicat: Vocavit eam submisce. Mystice autem per hoc datur intelligi, quod ad Christum qui vocatur, exteriori voce tantum, sed efficacius silenter. »

7. — S. Bonaventura exinde pro debilitati sexu sequens subinfert documentum: « Nota hic exemplum mulieribus colloquii silentio; quanto enim sunt magis nuncupavit, quasi dicat: Vocavit eam submisce. Mystice autem per hoc datur intelligi, quod ad Christum qui vocatur, exteriori voce tantum, sed efficacius silenter. »

8. — S. Bonaventura exinde pro debilitati sexu sequens subinfert documentum: « Nota hic exemplum mulieribus colloquii silentio; quanto enim sunt magis nuncupavit, quasi dicat: Vocavit eam submisce. Mystice autem per hoc datur intelligi, quod ad Christum qui vocatur, exteriori voce tantum, sed efficacius silenter. »

9. — S. Bonaventura exinde pro debilitati sexu sequens subinfert documentum: « Nota hic exemplum mulieribus colloquii silentio; quanto enim sunt magis nuncupavit, quasi dicat: Vocavit eam submisce. Mystice autem per hoc datur intelligi, quod ad Christum qui vocatur, exteriori voce tantum, sed efficacius silenter. »